

Band VII., Nr. 2379, Seite 271

Pfalzgraf Hugo von Tübingen beurkundet die Übergabe des halben Zehnten und eines halben Hofes in Ergenzingen durch den Rottenburger Bürger Konrad Herter und seine Ehefrau an das Kloster Kirchberg.

Ohne Ortsangabe, 1274. Ohne Tagesangabe.

Universis presentes inspectoribus Hugo dei gratia comes palatinus de Túwingen salutem cum notitia subscriptorum. Tenore presentis littere declaramus, quod Cûnradius dictus Herter civis in Rotenburg et uxor sua medietatem decimarum suarum in villa nostra Ergatzingen, quam a viris nobilibus ministerialibus nostris dictis Müller de Yhelingen certo pretio ac legitimo emerant, sacratis ac deo dilectis priorisse eiusque sororibus in Kilperg pro perpetua sui memoria tradiderunt libere in perpetuum possidendam. Et quia supradictas decimas memorati nobiles de Ihelingen tenebant in feodo ab ingenuo domino de Wolva, idem dominus de Wolva traditionem huiusmodi per suum consensum voluntarie confirmavit. Insuper prefati Cûnradius et uxor sua medietatem curtis sue in villa pretaxata site, de qua medietate supradicte priorissa sueque sorores prius percipiebant IV maltrorum siliginis et duorum maltrorum tritici redditus, modo simili prenominalis sororibus dederunt pro animarum suarum remedio iugiter possidenda. Testes horum sunt: Berchtoldus scriba, Hainricus et Sifridus fratres scribe, Berchtoldus de Ergatzingen, Albertus dictus Gemach, Berchtoldus Richter, Cûnradius Böckli, Wernherus de Althem cives in Horwe et alii quam plures.

Acta sunt hec anno domini MCCLXXIII.

Nach einem Kopialbuch des Klosters Kirchberg aus dem 15. Jahrhundert, Bd. 1, fol. 94 b.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 161, fol. 94b.

Editionen:

Crusius: *Annales Suevici*, Bd. 3, 3, 1, S. 133. FRANZ PETRUS: *Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...]*, Augsburg 1699, S. 460. Schmid: *Pfalzgrafen von Tübingen*, S. 224 (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (7453)
Altheim, Horb am Neckar, FDS
Ergenzingen Wohnplatz (16168)
Ergenzingen, Rottenburg am Neckar, Tü
Ihlingen Wohnplatz (7486)
Ihlingen, Horb am Neckar, FDS
Kirchberg Wohnplatz (12729)
Kirchberg, Sulz am Neckar, RW
Rottenburg am Neckar Wohnplatz (16185)
Rottenburg am Neckar, Tü
Tübingen Wohnplatz (16214)
Tübingen, Tü
Wolfach Wohnplatz (12069)
Wolfach, OG